



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

7. De usu cambiendi per alium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

num. 3. dictum est, sed etiam, ut possit idem campfor in campfori personam, et si que bona legitime executionem exercere, vel curare, ut in carcere conjiciatur, &c. Id certe Notarii solent ea clausula notare: *Et currentibus, vel non currentibus Cambiis, possit nihilominus is, qui dedit premium cogere recipientem ea sando executionem contra ipsam vel eam cavendo, &c.* Quæres ergo, an hoc pactum sit justum?

Respondeo, clarissime injustum esse pactum. Ratio est, quia, si currunt cambia, & Recambia, iam campfor est per illa satisfactus: per Recambium enim solvitur cambium præcedens, & per Recambium secundum satisficit Recambio primo, & sic de cæteris fortè consequentibus. Quæ igitur Justitia campfor iam satisfactus poterit pro soluto debito campforium compellere?

Pactum de dando Pignore.

10. Nonum pactum solet celebrari, ut campforius det Pignus, vel Fid. justorem, vel utrumque. Quæres ergo, an id sit justum?

Respondeo. Pactum hoc esse licitum, ac justum, memini me dixisse *superius*, quia quilibet suam negotiam, exercere, quam securissime potest. Idem tamen monui, injustum esse, si tunc velit campfor lucrari aliquid titulo periculi, quando enim pignus habet, periculo non substat, unde ergo ex hoc capite aliquid poterit exigere? In hoc igitur casu, quando accipit pignus, vel similem certam securitatem, ex aliis titulis lucrum accipere poterit, ut *ibidem* dictum est. Si campfor nolit pignus, sed id ipse afferat, accipiendo in se periculum, ut item, si apud Correspondentem fidejubeat pro campforio, aiquid posse recipere, innumus etiam *superius*, & videri potest Delugo d. 28. de *Inst.* à n. 124.

Pactum de pretio lucri.

11. Decimum pactum solet esse, ut detur lucrum cambi ad pretium fori, quod currit tempore solutionis, non verò ad pretium, quod fortè tunc currit, quando datur pecunia. Quæres igitur, an id sit justum?

Respondeo, si res est incerta pro æquali periculo campfori, & campforis, dubium scilicet sit, an pretium decrescendum, an crescendum sit, justum esse pactum, quia par periculum; at, si certò sciat, de incremento, vel decremento, vel totum pactum sit in favorem campforis, injustum esset, quia tunc, vel esset injustitia pro alterutra parte, vel, nimis supra meritum, favoreret campfori.

Pactum de accipiendo Correspondente.

12. Undecimum denique est, ut Campforius obligetur acceptare pro suo Correspondente eundem, qui est Correspondens campforis, sed de hoc dictum est satis *sup.* §. 2. n. 3. & §. 3. n. 4.

§. VII. De *Vsu cambiendi per alium.*

1. **D**uplici id modo consuevit usurpari; Primò, si tu, quicumque sis, sive vidua, sive pupillus, uno verbo non Mercator, des immediatè tuas pecunias ad cambium alicui item non Mercatori, & ex utriusque consensu convenias is, sive Mercatorem aliquem, sive continuatorem, ut *suprà* vocavimus, cambiorem, qui vobis provideat de Correspondente in loco distanti, in quo solvendum est cambium. Correspondens verò accepter, scribat, omnià que absolvat, & de hoc modo sufficienter diximus §. 5. n. 6.

Secundò, si tu quicumque item sis, des Titio Mercatori, seu campfori tuas pecunias, ut ipse, cum tuo moderato lucro, & suis consuetis pensionibus, illas tradat ad cambium fortè perentibus: quare tu nihil agas,

sed solùm contritus pecuniam; ipse autem Mercator tanquam tuus socius, cambia, & recambia instituat, finiatque. De hoc posteriore modo hinc breviter age d. in cit.

2. Dico primò. Certum est (sunt verba Delugo d. 28. de *Inst.* num. 130.) peccare eos, qui dant pecunias suis Campforibus, ut lucrantur per cambia, & participant de lucro, si sciant, vel timeant, Campforem daturum esse ad cambia illicita, & usuraria, secus, quando credunt non nisi ad cambia licita daturum. Hæc ille. Nota illud (si timeant) utique rationabiliter; id, quod confirmat ea, quæ dicta sunt paulò antè §. 5. de cambientibus per pauperes illos continuatores, &c. Posita autem idoneitate Mercatoris.

3. Dico secundò. Ut facilius tuum etiam determinatum lucrum sine scrupulo, & certò habeas, quando per socium, quasi per mediatorem exercere vis cambium, securus erit modus, si cum dicto Mercatore tres contractus (qui possunt sanè fieri, sive in una, sive in pluribus scripturis) meas: In primò celebres contractum Societatis, in quo tu te obligas tantam pecuniam exponere, ille suam industriam conferet de hoc contractu Societatis suo loco larè agemus *inferius*. In secundo, ille se obliget, ad assicurandum tibi capitale. In tertio, ille idem se obliget, ad assicurandum tibi aliquod moderatum lucrum, pro his tamen oneribus in secundo, & tertio contractu impositis Mercatori, dabis ipsi aliquam moderatam mercedem. Ex figuratione casus res fiet clarior. Tu centum, v. g. aureos exponis Societati, Mercator, seu socius promittit, se eos negotiatum per annum, dando illos ad legitima cambia, & recambia. Suppone autem, quod Iudicio prudentis viri in prædictis recambis sint acquirendi ex lucro, aurei triginta, rectè ex vi primi contractus, qui est pure Societatis, ex hoc lucro tibi cedunt quindecim aurei, quindecim verò cedent Mercatori socio. At verò pro secundo, & tertio contractu, per quos Mercator tibi assicuratur dictum capitale centum aureorum, & aliquod determinatum lucrum: debet idem Mercator aliquid habere pro hac assurance, quam pro te suscipit. Habeat ergo aureos quinque, quos retinebit sibi ex lucro quindecim aureorum, qui tibi cedere debebant vi primi contractus Societatis, nam hinc fiet, ut tu denique habeas securum tuum capitale, & aureos decem de lucro; ille verò habeat aureos viginti.

4. Hunc modum negotiandi esse licitum, ex eo patet quod simili illi contractus, seorsim celebrati liciti sunt, ergo, etiam, & unitim, quia unio non mutat, unde, nec vitiat naturam contractus, ut fufius probabitur in *citato Tractatu de contractu Societatis*.

5. Quod autem etiam hinc possit accipi in majorem tuam securitatem pignus, probat eadem ratio, quam *suprà* §. 6. num. 10 diximus, & in hoc casu, de quo hinc loquimur signatè, concedit Delugo *disp.* 30. de *Inst.* num. 51.

6. Præterea, quantum sit hoc lucrum, quod tibi tandem cedere debeat, melius Mercatores sine fraude negotiantes decernere debent omnibus circumstantiis expensis, quam possimus nos Theologi. Et meritò quidem Molina 307. allatus à Delugo d. 28. de *Inst.* n. 5. notavit, in his negotiis stari debere praxi Mercatorum, quia melius ipsi noverunt Iustitiam pretii in Cambio, quam Theologi. Maxime autem ad id decernendum, valet, si utriusque Socio commodum sit in tali negotiatione tale pretium. Nam illa est æstimatio recta (ait in simili Valentia r. 3. d. 5. q. 2. 5. n. 2. v. *Qui autem*) quæ est prudens, & ea est prudens, quæ utrique parti commoda est. Intellige, in negotiatione dicta ex se justa.

Denique quatuor consideranda hinc esse, præter Regulas generales, ad determinandum ab ipsis Mercatoribus dictum lucrum ex cambio, rectè admonent Theologi.

7. Primò, ut assicuratio capitalis non debeat magni, sed moderatè æstimari. Ratio est, quia Mercator

non solet dare illas pecunias à cambio expositas, nisi personis securis, sed, quia adest nihilominus aliquod periculum, quod illa eadem persona, vel sint infideles, vel decoquant, ideo aliqua mercede dignus omnino erit.

8. Secundò, lucrum, quod speratur futurum, ex tali pecunia, non sumatur summum, nec infimum, sed medium; cum non sit major ratio, quod futurum sit summum, vel infimum, unde æquitas dicitur, ut sumatur medium. Et profectò ab experto, & probo viro non aliud, quàm medium decerni solet. V. de, quæ dicam mox num. 13. & 14.

9. Tertiò, debet perpendi etiam labor, & industria Correspondentium, quibus debetur sua provisio, ut omnibus prudenter consideratis, quantum lucri ex exposita pecunia superfit, mensuretur.

10. Quartò, quia hæc conventio per dictos tres contractus, quæ certè fieri non possunt, non solum cum Mercatore ad exercenda cambia, de quibus hic agimus, sed etiam cum quocunque negotiorum gestore, vel artifice, vel professore cujuscunque officii, de quibus agemus suo loco in citato tractatu de Societate, ideo universaliter docent Theologi, quantum debeat esse ejusmodi lucrum, colligi debere ex natura negotiationis, ex gravioribus periculis, quæ timeri possunt, ex majoribus vel minoribus expensis, & breviter ex variis variationum negotiorum circumstantiis, plus enim lucratur quis, si det operam emendo, vendendòque frumento, quàm vino, quàm panis, quàm lignis, &c. plura pericula, si extra Regnum, quàm in Regno agatur negotium, majores expensæ, si conducendæ sint naves pro longiore navigatione ad transportandas merces, quàm pro breviori, &c. nam propter a recte Bonacina, d. 3. de contr. quest. 3. p. 11. n. 3. & 6. cum supposuisset, posse licite exposci pro lucro quingue pro centum, addidit omn. 6. In conventionem trium contractuum posse plus exigi, quò negotiatio majorem fructum affert. Scortia autem in Constit. Pontif. Theor. 290. supponit tam in cambiis, tum in aliis negotiis posse, per hos tres contractus, pro singulis centenariis capitalis, acquiri sex ob lucrum, sed cartè id loco exempli dixit; nam ceterum, si negotiatio ejus est conditionis, ut plus lucri pariat, cur plus lucræ acquiri non possit, quod si ejus est conditionis, ut pariat minus lucri, qua tu fronte plus lucri contradere, non dubitas?

11. Ex his igitur universaliter dictis collige, idem esse considerandum in casu nostro. Si quidem Cambii lucra pro locis distantibus, vel propinquis, pro Civitatibus, ubi adit pecuniæ copia, vel inopia, pro variis aliis circumstantiis majoris, vel minoris pretii pecuniæ Cambii, inquam, lucra majora esse possunt, vel minora, & juxta has circumstantias, demptisque iis, quæ demi pro Provisionibus solent, sunt mensuranda, sive ad quingue, vel ad decem pro centum sive ad minus, vel majus, &c. & ita observant ad unguem probi Negotiatores; nam in Nundinis prædictis taxari solent Cambiorum pretia consideratis prædictis omnibus circumstantiis, unde videmus, non semper idem constans esse lucrum, ut, vel mediocriter experti in hac negotiatione probè callent.

Praxis trium contractuum in Cambiis.

12. His itaque quasi theoreticè explicatis, ad praxim horum trium contractuum exhibendam in Cambiis, maxime faciet, si formulam hæc legas quæ solent Negotiatores Genuenses illos usurpare, eam autem ponit ad verbum idem Scortia l. c.

Contractus hujusmodi (inquit) est frequentissimus, & admittitur, ut iustus, à Confessariis, tam in cambiis, quàm in aliis negotiationibus; sub hac, vel simili forma:

Io Titio in virtute di questa dico, haver ricevuto in Cartolario 25. di argento da voi Sempronio scudi dieci mila, quali prometto, e mi obligo negotiar sopra cambii real idelle

fiera di Piacenza, & di quei loci, dove per la ragione sopra si faranno dette fiere, per Milano, &c. ad un certo scio in pagamento di Agosto di questo anno, & da quel tempo metterò mi obligo, restituire detti dieci mila scudi, con il guadagno, e beneficii, che sopra effusione di detto pagamento però si farà in quella qualità di moneta che è in uso, & d'oro, che allora si pagheranno li cambi di detto fiere: obligando per ciò mia persona, e beni sette horæ. Dichiarando che per il sudetto tempo, e quello da poi, che restassero detti denari appresso di me; & quello da poi, che voi Sempronio, per conto di detti guadagni, & utili, & ragione solamente di sei per cento, &c. l'anno, effusione convenuti; & che tutto quello, che potesse essere di più di sei per cento, netti di ogni spesa spetti à me per la futura promessa, che faccio de negotiis, & fare negotiar sopra cambii à detto mio rischio, pericolo, & danno, & quanto restassero meno dell' detti sei per cento l'anno, si restassero spesa alcuna, ragionando li cambii, come faranno li cambi, cioè à Milano per fiere, & in fiere per Milano, & non non havere io da pagare, se non quel tanto haverem risposto, e risponderò, che eorì habbiano accordato, & per de ho firmato di mia mano, &c.

13. Hæc Scortia. In hac autem ultima clausula, in qua d. cernitur, si lucrum non ascendat ad sex pro centum sed sit minus, minus esse solvendum, per unum servatur in hac formula, ad majorem securitatem conscientie; nam certum, si sine e, non habet expensæ, & quale dubium, ut lucrum futurum sit majus, vel minus, prudente, que sine fuco, & fallacia ante de, certum quid quid certum; v. g. dicta sex, semper poterit accipere, ut pauld superius, d. 1. num. 19. innum. & in simili docui l. 8. dec. tr. 3. §. 7. n. 9.

14. Apud nostrates negotiores solet hæc lingua Cambii, non quidem in iusto ipso, quo celebratur Cambium, sed postea, quando fluitur, decerni, nam tunc ceterò scitur ex continua relatione, quam solent habere Mercatores, quanti valuit lucrum in loco solutionis Cambii, & secundum illud, demptis demeris, statuitur, quantum remaneat pro eo, qui initio pecuniam suam investivit. Illud aliqui ex iisdem, qui pecuniam exponunt, ad majorem conscientiam quietam, addunt, modo lucrum non excedat ad rationem decem pro centum. Si enim excedat, hi timorati expositores nolunt illum excellenter gerere, sed relinquunt in utilitatem prædicti Socii, sive Mercatoris.

Hactenus de cambiis, nunc elanguentibus, ex alio calore, viribus, non nihil quietis d. f. f. calamo candidamus? *

TRACTATUS IV. DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE

QUEM ADMODUM UNUS, idemque est contractus Emptionis, & Venditionis, differtque solum per diversam relationem; tum enim dicitur veni, verbi gratia, equum Petro, Petrus autem dicitur; ita idem est contractus Locationis, & Conductionis, ut habet Laym. l. 3. tract. 4. cap. 22. num. 1. licet tu dicitur locare tuam domum, v. g. Petro, unde, voceris Locator, Petrus autem appelletur Conductor, & à te dicitur obmum conducere.

2. Hic ergo est Contractus, quo Locator rem, vel personam aliquam, etiam se ipsam, concedit Conductoribus usui, vel fructum sub certis justisq; pensionibus, seu stipendiis